Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8321
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

exercuit in se suscipiendo et aliis dando. Susceptit enim baptismum
qui a iohe baptizatus est. Ostenuit autem primodum quia baptizauit
apostolos. aliosque ad se fide accedentes iuxta quod euangelium narrat di
cens. quia ihc baptizabat et discipuli eius. Mittens quoque apostolos ad predi
cationis officium per quadrifidum orbem. dixit eis. Ite docete omnes gentes
baptizantes eos in nomine patris. et filii. et spiritus sancti. Ecce quomodo dns
ihc ministrat circumcisionis spiritualem. Possumus et hoc uera eum dicere.
quia cotidie administrat ipse eandem circumcisionem. dimittendo pec
cata in baptismate. Ostenit ministerium et enim tingendi corpa tradit
suis fidelibus potestatem aut dimittendi peccata. sibi ipse reseruau
it. sicut iohs precursor eius de eo dicit iuxta. Ipse uos baptizabit in spiritu
sancto et igne. Et rursum. Ego inquit iohs nesciebam eum. quod sibi esset seruatum
potestatem baptizandi. nullique traditum. Sed quia misit me bap
tizare ille mihi dixit. super quem uideris spiritum descendentem et manen
tem super eum. hic est qui baptizat in spiritu. Apostolo dicente xpm ihm min
istrum fuisse circumcisionis spiritualem. Potest enim aliquis obicere. cui rei
gratia exercuit ipse ministerium circumcisionis. Ad hec apls. Propter uerita
tem dei patris ad firmandas promissiones patrum. ut firmaret dns
promissiones suas. quas locutus est ad sanctos patres de salute gentium di
cens abrahe. In semine tuo benedicentur omnes gentes. siue ut uerax
apparerent implendo promissiones quas patribus promiserant de salute
gentium. et que pertinerant de eadem circumcisione spiritali. Christi enim
gratia baptismatis mundarentur gentiles. et per fidem saluatoris. neque
quia in filiationem abrahe transirent. neque quia esset etiam impletum
quod dicit moyses. in nouissimis diebus circumcidet dns cor tuum. et non car
nem tuam. mundabit illud in fidelitate. omnibusque peccatis. per baptis
mum. illud quoque ezechielis. iphe dicentis. Effundam super uos aquam
mundam. aquam baptismatis. Gentes super mia. mia honorare
dm subaudire debent. quia gratis sine ullis meritis precedentibus uo
catis ad fidem. gratisque accepiunt remissionem omnium peccatorum. per spiritua
lem circumcisionem. per gratiam uidelicet baptismatis. non per carnalem circumcisi
onem. Cui enim plus dimittitur. plus debet diligere. sicut scriptum est. Propter hoc
confitebor tibi in gentibus. et nomini tuo cantabo. Psalmista loquitur ex pso
na filii dei. dicit patri gratias referens. propter obedientiam gentium ad fidem
uenientium. Quomodo quoque laudat et glificat filium dm patrem. quia equalis ei est

fuit

sub audire

patri

autem

72